

TRACTATUS,  
MORS OMNIA SOL-  
VIT, SEBASTIANI ME-  
DICIS FLORENTINI, IC. EQVI-  
tis S. Stephani, & Protonotarij Apostolici: mul-  
to nunc, plurimis quibus prima scate-  
bat editio, mendis sublatis,  
emendatius recu-  
sus.

*Accessit Index rerum & verborum accuratissimus.*



FRANCOFORTI,  
Ex Officina Typographica Nicolai Bassæi.  
M. D. LXXIII.

REVERENDIS-  
SIMO LUDOVICO

Antenoreo Episcopo  
Volaterrano,

Sebastianus Med. S. P. D.



*R*AT olim Persa-  
rum institutum Re-  
uerendissime Anti-  
stes, ut rem sacram  
facturi de pietate,  
Magistratum crea-

turi de Iustitia, congressuri cum hoste  
de fortitudine sermonem haberent,  
ut omne quod eo tempore fieri oportebat,  
summa prius ratione prae-  
meditatum, Et alacri animo confirma-  
tum ab illis videretur: quorum exem-  
pla mihi modò sanè ante omnia se-  
quenda esse constitui, qui cum de  
Morte in hoc presenti opusculo mihi  
agendum fore proposuerim (ne illo-

A 2 tis,

MORS OMNIA SOLVIT. 13  
OPERIS HVIVS  
Pars prima.



Via mors omnia † soluit, §. deinceps, 1  
Auth. de nupt. l. 1. C. ne ex delicto  
def. §. non autem. Inst. de perpet. &  
tempor. act. §. nos autem. Instit. de  
pub. iud. Doct. Com. c. priuilegium,  
de reg. iur. 6. l. maritum. ff. de solut. l. si filio. ff. sol.  
matr. Alex. l. nō tantum. ff. de re iud. Host. in Sum  
ma, de offic. deleg. nu. 3. c. quorundam 23. distin.  
Aret. §. publica. num. 3. Inst. de publ. iud. Angel.  
in tract. malef. ver. dominus. num. 41. Gomel. §.  
superest. num. 19. Inst. de act. l. diuus. ff. de accu-  
sat. Dixi ego in meo tractat. de legibus & stat.  
par. 4. q. 30. num. 5. Paul. consil. 45. vol. 3. num. 22.  
Cagnol. l. Neratius. num. 1. ff. de reg. iur. l. inter. ff.  
de mand. l. Titio. ff. de vsufructu. §. finitur. Instit.  
eod. Dec. l. pupillum. §. in hæredes, num. 3. ff. de  
reg. iur. l. defuncto. ff. de publ. iud. l. 1. & seq. C. si  
reus, vel accus. vtilissimum esse duxi in hoc præ-  
senti tractatu summo cum studio, ac diligentia  
ponere, quomodo, & quando hoc dictum proce-  
dat: pro cuius clariori intelligentia hoc opus in  
tribus partibus diuidā. Diuisio enim operis ani-  
mum legentis incitat, memoriam artificiosè re-  
format, glo. §. igitur. ver. † partiri. in proœm. Inst. 2  
dixi ego in tract. de leg. & stat. p. 3. q. 19. num. 6. To-  
tum istum tractatum tres principales partes con-  
tinebunt, in quarum prima, nōnulla præmittam,  
quæ cōducere videntur ad rei declarationē, iux-